

Band VIII., Nr. 2915, Seite 190-191

*Graf Eberhard von Württemberg bestätigt verschiedene Schenkungen an das
Kloster Bebenhausen.*

Neckargröningen, 1279. November 29.

Rationis ordo labefactari non patitur quicquid in rerum gestis per litteras fide dignas memoriter declaratur. Nos igitur Eberhardus dei gratia comes de Wirtenberc universis et singulis, ad quos presens scriptum pervenerit, notum facimus per presentes, quod honorabilis matrona nomine Ita relicta quondam Bertoldi de Liethenstein cum consensu nostro monasterio in Bebenhusen sancte Marie Cysterciensis ordinis Constantiensis dyocesis ac conventui ibidem deo famulanti tradidit se ipsam corporaliter ac curiam in Hevingen sitam et dimidium predium in Weibelingen cum suis attinentiis, quas possessiones Reinhardus frater dicte matrone pro quadraginta marcis puri argenti minus quinque redimendas liberam habuit potestatem, qui tamen ius suum sub condicione huiusmodi predicto monasterio resignavit, quod de ipso predio in Weibelingen sito monachis infra muros in Bebenhusen manentibus singulis annis in anniversario dicte Ite consolatio de piscibus ministretur. Item predicta Ita donavit prefato monasterio quadraginta marcas super possessiones in Neckergruningen sitas cum attinentiis universis, quas a dicto Ber[toldo] beate memorie marito suo in dotem recepit liberas et possedit. Si autem quadraginta marce predicte super bona in Neckergruningen sita per aliquam impetitionem iuris ordine compellente predictum monasterium amiserit, tunc alia bona videlicet due curie in Velthusen site cum suis attinentiis, que sepedicte matrone, quando primo contraxerat, pro dote provenerant, debent predicto monasterio sub eodem iure et forma prehabita subiacere. Item possessiones quasdam, quas predicta Ita pro pecunia propria personaliter comparavit, in Kanstat sitas, scilicet domos agros prata vineas et ortos, et decimam quandam in Oswil et aream quandam in Ethertingen sitam antedicto monasterio similiter donavit. Insuper omnia bona mobilia et immobilia, que iam predicta I[ta] possidet vel que in posterum hereditate vel qualicumque modo poterit adipisci, hec in remedium anime sue, mariti sui predicti et ceterorum omnium parentum suorum ob honorem dei genitricis Marie virginis gloriose predicto monasterio in Bebenhusen donavit voluntarie simpliciter atque pure, hoc adiecto, quod Ita predicta ad vitam suam uti possessionibus memoratis ita sane debeat, si quid ultra conversationem suam honestam et familie sue de proventibus et redditibus possessionum sine omni dolo et fraude remanere potuerit, hoc videlicet ad usum predicti monasterii convertat alias

II

possessiones comparando et eas prescripto iure tenendas. Item sciendum est, si penurie atque paupertatis legitime necessitas Itam prefatam vendere vel obligare compulerit bona sua, de consensu prefati monasterii ad hoc faciendum liberam habeat potestatem. De bonis autem prenotatis Ita sepefata debet monasterio prefato annuatim quoad vixerit unam libram cere sub census forma et nomine presentare. Item sciendum est, quod Reinhardus frater ipsius Ite predicte unum iuger in Eckershaldun situm monasterio prenomi- nato in remedium anime sue donaverat sub hac forma scilicet, quod eodem ipse quoad vixerit potiatur atque dimidiam libram cere de ipso monasterio prefato persolvat annuatim. Cum vero dictus R[einhardus] de hac luce migra- verit vel ius suum in eadem vinea predicto monasterio vendiderit, prefatum monasterium eandem vineam debet deinceps libere possidere. Item predictus R[einhardus] vendidit antedicto monasterio ex quatuor areis in Berge sitis redditus viginti solidorum Hallensium ac aliorum censuum scilicet caseorum pullorum et fimi, quos singulis annis predictum monasterium debet libere possidere. Testes huius rei sunt: Fridericus cellerarius in Bebenhusen, frater Albertus de Haimeshein monachus ibidem, Cūnradus magister in Ezzelingen et Heinricus dictus Harthuser conversi monasterii prefati, item Swigerus de Berge, Fridericus de Urbach, Al. dictus Kenli, Philippus de Zullenhart et frater suus Johannes, Rūdegerus de Ufkirche et alii quam plures fide digni. Nos Eberhardus comes de Wirtenberc prehabitam erogationem et donatio- nem rite ac rationabiliter factam approbamus et eidem consensum et favorem presentibus finaliter adhibemus. Ut autem singula premissa ex parte prefate Ite et Reinhardi fratris sui predicti rata permaneant et inconvulsa, sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

 Datum et actum in Neckergruningen, anno domini MCCLXX nono, in vigilia sancti Andree, indictione VIII.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das runde Siegel Eberhards von Württemberg aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs, 60 mm: In einem Schild drei Hirschstangen zu je vier Enden quer linkshin übereinander, als Beizeichen über dem Schild ein Stern, zur Seite desselben je eine Lilie; Umschrift: +. *Sigillum* EBER- HARDI . COMITI ENBERC, vgl. die Abb. in OTTO VON ALBERTI: Würt- tembergisches Adels- und Wappenbuch, 2 Bde., Stuttgart 1898-1916, Tafel II, Nr. 6.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 1631

Überlieferung und Textkritik:

Original. Auch im Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 20, S. 547.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 3, S. 341.

Regesten:

UB Stuttgart, S. 2, Nr. 9.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Neckargröningen

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Bad Cannstatt Wohnplatz (7)
 Bad Cannstatt, Stuttgart, S
 Bebenhausen Wohnplatz (16199)
 Bebenhausen, Tübingen, TÜ
 Berg, Stuttgart, S, A
 Echterdingen Wohnplatz (512)
 Echterdingen, Leinfelden-Echterdingen, ES
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Feldhausen Wohnplatz (21056)
 Feldhausen, Gammertingen, SIG
 Heimsheim Wohnplatz (7021)
 Heimsheim, PF
 Höfingen Wohnplatz (153)
 Höfingen, Leonberg, BB
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Neckargröningen Wohnplatz (1198)
 Neckargröningen, Remseck am Neckar, LB
 Oßweil Wohnplatz (1028)
 Oßweil, Ludwigsburg, LB
 Schloss Lichtenstein : Honau, Lichtenstein RT
 Schloss Lichtenstein Wohnplatz (16083)
 Uffkirch, Stuttgart, S, W
 Urbach WN
 Urbach Gemeinde (1608)

IV

Waiblingen Wohnplatz (1628)
 Waiblingen, WN
 Zillenhart
Wüstung (21681)
 Zillenhart, Schlat, GP, W